

XL, 10. בְּשָׁרֶף annuncio justitiam in congregati- A one magnâ, & Ps. LXVIII, 12. הַסְבִּירֹת evange- lizantium cœtus magnus.

מִיּוֹם de die in diem :) i.e. jugiter, indefinenter, citra tedium vel defatigationem, non obstantibus negotiis aliis, non impedientibus periculis: hujusmodi enim continuationem & incrementum indicare solet consecutio præpositionum & אֶת vel ל, v.g. Ps. LXXXIV, 8. ibunt מְחִיר אֶת תְּרוּמָה i.e. magis magisque vel continuas habebunt victorias: Ps. CXLIV, 13. proferunt נְבָנֵן אֶת i.e. juge alimentum: Jer. IX, 2. מְרַחֶה אֶת i.e. subinde pejores sunt: 1. Par. XVI, 23. de die in diem nunciate: Eph. III, 7. de die in diem jecit fortē: Num. XXX, 15. si de die in diem tacuerit: sic ἐξ τίσεως εἰς τίσιν Rom. I, 17. αὐτὸς δόξας εἰς δόξαν, 2. Cor. III, 18. &c. Luth. einen Tag auß andern.

ישועתו salutem ejus :) i.e. insignem, mirificam, multiplicemque liberationem, quā nos, alioqui desertos ac misere pereentes, ex statu periculo ac infausto, transtulit in felicem ac tranquillum, adeo ut salvi nunc, & corpore & animâ, securè in Dominō gaudeamus &c. vide Psal. XCI, 16. ostendam ipsi, בִּישׁוּעָתִי Psalm. LIII, 7. utinam ex Zion ישועה Israelis! Optimè vero hoc congruit ad Jesu nostri Jeschua seu salutem, B de quā Luc. II, 30. Job. III, 16. &c.

EXPLICATIO VERSUS III.

ספר recensete :) numeratim quasi singulare cum attentione & curâ. סְפַר enim est numerare aliquid, inque certam summam computare: ubi sanè nihil debet negligi vel omitti. Atque sic Germani suum erzählen deducant von der Zahl/ubi quid per numeros quasi longa serie commemoratur. In Piel vero significationem intendi, constat ex pag. 15. Gramm. Trost.

בָּגוּם in gentibus vel inter gentes :) ad easdem scilicet vel datâ operâ excurrendo; easque ad similem tanti Numinis cultum invitando, (quod erat præcipue apostolorum, Messix exhibiti tempore;) vel obviâ quavis occasione, aut pro re natâ prompte informando, quando v.g. vel vobiscum negotiandi causa conversantur, vel tanquam profelyti sponte advolant, vel quando vos, tanquam exules, inter peregrinos commoramini, &c.

כְּבוֹדו gloriā ejus :) quām infinita & incomprehensibilis sit Dei sapientia, clementia, potentia, providentia, &c. universa enim hac Dei tum attributa, tum opera glorioſa, voce hac כְּבוֹד comprehenduntur, ut Psalm. XIX, 2. coeli enarrant gloriā Dei. item 1. Par. XVI, 24. Jes. LVIII, 8. LX, 1. 2. LXVI, 18. Psalm. CII, 16. 17. &c. Nota masorethica observari vult absentiam particulae נְאָן ante accusativum hunc, quā in quibusdam codicibus fuit lecta, additurque in marg. פְּנָה pulebrē, seu redit ipsam abesse: vide Buxt. anterit. p. 478.

רְעִמִּים in omnibus populis :) est hæc epegeſis uberior membra præcedentis, adeo ut loco בְּגִים ponantur צְפִים, & quidem בְּגִים universi, nullâ natione vel loco exceptis. Ita ex omnibus populis stant coram Christo Apoc. V, 9. VII, 9.

נְפָלָאִים mirabilia ejus :) i.e. operatum creationis, tum gubernationis, tum salvationis &c. quā sanè omnem humanæ mentis excedunt

captum. vide Exod. XXXIV, 10. faciam נְפָלָאִים, quæ non facta sunt in totâ terrâ & in omnibus gentibus: Jos. III, 5. faciet Dominus in medio vestri (dividendo Jordanem:] Ps. LXXI, 18. facit Dominus נְפָלָא' solus: Psalm. LXXXVI, 10. facis tu solus: sic Ps. IX, 2. XXVI, 7. XL, 6. LXXI, 17. LXXV, 2. LXXVIII, 4. 11. 32. ubi itidem de commemoratione divinorum mirabilium agitur.

EXPLICATIO VERSUS IV.

כִּי :] vel specificativè: quod Deus sit magnus, aut, nunciate Deum esse magnum: vel causaliter, ideo laudate, quia magnus est. Genebrardus.

גָּדוֹל magnus :) ac proinde ad miraculorum patrationem satis validus ac potens, vide Psalm. XCIV, 3.

וּמְהֻלָּל laudatus valde :) h. e. omni celebratione dignissimus, participium passivum, designans actum propriè præteritum, adjectivam habet significationem, sicut definitia in bilis, q. d. laudabilis, ut נְגָדוּלָה pro terribilis. Psalm. XLVII, 3. חִמָּר desiderabilis, Prov. XXI, 20. Psalm. XIX, 11. נְכָחָר eligibilis, Prov. XVI, 16. ita & מְהֻלָּל laudabilis, Psalm. XLVIII, 2. Lutherus: hochloblich/post: hoch zu loben. Campen: omni laude major.

נוֹרָא terribilis vel tremendus :) puta propter majestatem veram ac incomparabilem, ubi reliquorum numinum terriculamenta sunt solum fictitia aut diabolica, quæ metuere nemo debet, multò minus reverentiâ vel minima eadem dignari. Quoad usum participii hujus passivi pro adjectivo, terribilis, vide modo dicta. Lutherus: wunderbarlich. Campen: metuendus.

אֱלֹהִים Deos :) scilicet nuncupativos aut fictitious: Psal. xciv, 3. ita namque declaratur mox versu sequente. Huc historia idoli Dagon. 1. Sam. V. & VI.

EXPLICATIO VERSUS V.

אֲלוֹלִים idola :) sunt, vel potius nihilum, aut ipsissima vanitas. Nimurum נְאָן (inter quod & נְאָן non inelegans paronomasia,) originem dicit ex mente quorundam, ex נְאָן non, & אֱלֹהִים Deus, vel radix potius est אֱלֹיל, unde negativum נְאָן non, & אֱלֹיל nihilum, vel res nullius momenti, inutilis, vana: quomodo Job. XIII, 4. dicitur: vos univerſi estis רְוִפְנֵי אֱלֹיל curatores vel medici nihil, i.e. qui mendacium curare conanimi, illudque velut sarcire, vel qui medendo nihil proficitis, omnemque operam frustra insutitis: Jer. XIV, 14. visionem falsitatis & divinationem אֱלֹיל nihilum & seductionem cordis sui vaticinantur: Zach. XI, 17. וְעַדְעַת אֱלֹיל pastorum nihil, vel juxta Drus. pastori nequam: siquidem Nequam dicitur qui nequicquam valet, אֱלֹיל inutilis, ubi itidem nobiscum deducit ab נְאָן non. In plurali de idolis legitur (ut quæ nihil sunt, 1. Cor. VIII, 4. x, 19.) Lev. XIX, 4. ne respiciatis ad אֱלֹיל xxvi, 1. non facietis vobis אֱלֹיל: item Jes. II, 8. repleta est terra ejus אֱלֹיל, incurvari sunt operi manuum suarum, sic vers. 18. 20. 2. x, 10. II. XIX, 1. 3. XXXI, 7. Ezech. XXX, 13. Hab. II, 18. Vide locum parallelum 1. Par. XVI, 26. ubi deducitæ arcata constitutoque à rege David cultu divinō, idem ferè, quod hic est, decantabatur carmen;